

DISPUTATIO SEPTIMA.

DE
HEROICA
VIRTUTE, CON-
TINENTIA ET VO-
LVPTATE.

*Ex septimo Eth. Aristotelis ad Nicoma-
chum deponita.*

Quam,
Auspice Deo Maximo

PRAESIDE
M. HENNINGO ARENTSEHE
profacultatibus defendet

*In illustri Academia Iulia
die 4. Februarij.
IOANNES TULMANNVS Verdensis
Respondens.*

*Hora & loco consuetis.
HELMAESTADII ex officina Iacobi Lucij.
ANNO M. D. CI.*





THESIS I.

Ria sunt, quæ maximè vituperantur; viuum, feritas, incontinentia, quibus tria maximè laudabilia respondent, virius, heroica virtus, continentia, inter quæ, quoniam de virtutibus & earum directrice prudentia satis dictum est, nunc de heroicâ virtute & continentia agere ordo doctrine & necessitas efflagitat.

2. Feritas est ultra humanam naturam immanitas quadam, quæ ut ipsum nomen indicat, hominem de statu suo præcipitat & bestijs conformem reddit, explosa ratione, per principij intellectui laisionem.

3. Ideoq; illam suprema quadem virtus, itidem supra hominis ferè vires eleuata corrigit, quam heroicam vocant, quia homines hac virtute præditos Dijs similes facit, unde heroas, & Poëtae & vulgus Diuos appellant.

4. Est enim heroica virtus, reliquarum virtutum sublimis splendor & eminentia non sine diuino instinctu ex peculiari naturæ bonitate enata, qua aliquis cum maximo honore perfungiatur, non tantum in magnificentioribus virtutibus, sed singulis, utrig; appetitui communibus. Vnde etiam tam irascibili quam concupisibili facultati non minus, quam reliqua virtutes, sed summo cum fulgore, inest.

5. De continentia vero, quæ prolixiore tractatione indiget, non aquæ perspicua & planares est, cum tot diuersi autores tam diuersum de ea senserint.

6. Nonnulli enim eam laudabilem quidem faciunt, sed in con-

tinentiam vituperabilem: alijs continentiam dicunt esse constantiam
in ratione, incontinentiam inconstantiam: alijs continentem, cum
sciat actiones pravae esse, renocari à ratione, incontinentem vero,
licet se improbè acturum prenoverit, tamen contra scientiam age-
re putant: plures temperantiam cum continentia, intemperantiam
cum incontinentia confundunt, & nunc pro uno eodemq; habent,
nunc nonnihil distinguunt: non pauci prudentem cum incon-
tinente coniungunt, multi disiungunt: ultimi deniq; incon-
tinentiam, in ira, honoribus & cupiditatibus promiscue ponunt,
quorum opiniones primum in viramq; partem disputanda, deinde
sunt soluenda.

- Cap. 2. 7. Principio incontinentem scienter agere negauit Socrates,
quia scientia tenacius insidet, quam ut à cupiditatibus euinci aut
expungi posse. Id quod cum experientia pugnat, qua quotidie ali-
quos meliora videre, at deteriora sequi clamat. Nec effugit, si di-
cat non scientiam, sed opinionem esse, quoniam si incontinentis am-
bigeret, delicti excusationem facile inueniret.
8. Cum autem, quod in incontinenti cupiditatibus resistit, va-
lidissimum sit, talis autem sit prudentia, dixerunt nonnulli incon-
tinentes simul esse prudentem, minus verè. Nam sponte mala
agere, quod facit incontinentis, non est prudentis, nego contra vir-
utes peccare, quas secum importat prudentia.
9. Pariter à temperante alienus erit continens, quia hic vehe-
mentibus perturbationibus concutitur, qua si prava sunt, rectè ijs
obstinet & per hoc à temperante, nullis affectibus percusso differt:
si vero bona, & continentis est cupiditatibus obstere, continen-
tia erit prava, quia bonis obstinet.
10. Nec verum est, quod continentem in opinione permanere,
incontinentem ab ea discedere, quidam opinantur. Posset enim
continens pravae esse, ut qui in prava opinione persisteret: incon-
tinentis laudandus, qui à prava opinione animum deflecteret.

11. Du-

11. Dubium etiam videtur, quod continentiam laudabilem esse dictum est. Nam cum intemperantia agat ex suau rationis, ex eiusdem dissuasu immutari poterit, & per hoc laudabilior erit incontinentia, qua cum rationem non exaudiat, ab ea etiam inviam renouari non potest.

12. Tandem si continens circa iram, diuiias, & voluptates promiscue versetur, nulla erit propriè dicta continentia vel simplex. Et ha dubitationes in viramq; partem relatis opinionibus incidunt, quas ordine discutiet philosophus, ab operosori initium faciens, nimirum, an incontinentis in malum sponte & scienter ruat.

13. Docet autem experientia incontinentem scilicet aliquid Cap. 3. perpetrare, licet ex opinione tantum id fieri, non ex scientia videatur. Nam adeo altè interdum radices agit opinio, ut certior alicui, quam scientia teneatur.

14. Sciens vero nunc consideratur in habitus actu primo, nunc secundo, ut contemplans. Posteriori quidem modo non scit incontinentis, quia speculatio obruitur à perturbationibus rursus astuantibus; priori vero nihil prohibet: quin etiam necesse est, siquidem alias incontinentia in solidum tolleretur.

15. Potest etiam alio modo scire incontinentis, dum yet, vide-
licet uniuersaliter, utpote cum in Syllogismo practico sint due pre-
missa, generalis, & particularis, potest incontinentis maiorem
intelligere & scire, minorem ignorare, vel maiori non subnectere,
qui tamen ob cognitionem maioris adhuc sciens dicitur: aut po-
test maiorem propositionem in sece intelligere, ut magistratum
esse colendum, cunctem autem in rebus nescire, ut hunc esse magi-
stratum.

16. Incontinentis igitur partim sciens agit, quia scit generaliter & confusè vel scientia habitum ad minimum posset, partim igno-
rans, quia particularia vel uniuersalibus non applicat, vel non scit,
vel etiam habitum in actum deducere prohibetur, quia cupiditas
rationem anteuertit & suffocat.

17. Idem ex naturali cognitionis processu aduertere licet. Nam in cognoscendo primò generalis quadam propositio oboritur, cui subiecta particularis parit conclusionem, qua in actione ipsam operationem exprimit. Sed quia contingit ut in eodem animo ob cohaerentiam cupiditatis diuersa & ex parte contraria nascatur propositio, aequè generalis, cui eadem minor propositio subiçti possit, vi resultet contraria conclusio, ibi cupiditas præuertens rationem, maiori ad voluptates inclinanti subiectit minorem, & colligit conclusionem contra rationem, quam exequitur incontinentis, itaq; agit scienter.

18. post hac ad explicandam naturam continentia & progrediendum est, quam ex obiecto, perinde ut in virtutibus inuenire possumus. Versatur autem ex consensu omnium in voluptatibus & doloribus. Iam voluptates & dolores oriuntur, nunc ex necessarijs ad conseruationem speciei & individui: nunc ex non necessarijs, expetibilis tamen, ut, victoria, honore.

Cap. 4. 19. In posterioribus, qui peccat non absolute sed cum adiectione vocatur incontinentis, ut ira &c. quia talis non vituperatur, quia absolute incontinentis est, sed quia incontinentis ire: qui vero in prioribus impingit, absolute incontinentis vocatur, eò, quod incontinentis in iisdem haret, in quibus intemperans.

Cap. 5. 20. Preterhac inueniuntur nonnulla supra humanas vires, quippe, quæ hominem de statu suo deicunt, ex tripli fonte oriunda vel natura, vel corrupto intellectu per morbum & insaniam, vel consuetudine. Cumq; in his etiam retundi possint affectus vel relaxari, continentia & incontinentia locum habent, sic tamen denominated non simpliciter, sed cum additione immanitatis.

Cap. 6. 21. Inter has incontinentias, si incontinentiam ire, cum ea cupiditatum contuleris, illa tolerabilius & mitior apparet, quia rationem aliquo modo exaudit, nisi quod iudicium eius preoccupet & anticipet, perinde, ac si seruum profiliret ad exequendum mandata domini, priusquam ea intelligeret, aut canis pulsantem allatraret, notus sit

an ignotus, nihil pensi habens; sed cupiditas solum sensum, lepidum obiectum ostentantem, sine ratione sequitur.

22. Deinde ira agit aperte omnia & candide, nescia dissimulare. At cupiditas cuniculos plerunque agit, quodq; in propriulo exequi timeret, per insidias clanculum aggreditur. Inde etiam sit ut omnes irascentem facilius excusemus, quia iusto zelo prouocatur: cupiditas autem sui peccati incitamentum non habet, nisi internam libidinem.

23. Incontinentia vero οὐ πιώδης vel ferina, ut terribilior sit, propter eliam rationem; incontinentia tamen absoluta & ira magis viruperatur, tum quia penes peccantem est virum libet agere, tum quia, cum ratio adhuc sibi constet, potest suo peccato facilius abuti, maioraq; alijs damna inferre.

24. Modus autem versandi circa voluptates & dolores, est ut Cap. 7. aut superemur ab ijs, quæ pleriq; vincunt, aut superemus ea, quibus pleriq; succumbunt. Quod si superamur à voluptatibus, incontinentes, si à doloribus molles: si superamus voluptates, continentes, si dolores, tolerantes vel constantes dicimur.

25. Occupati autem sunt omnes hi affectus circa suprema, quibus multi medij interiacent innominati, qui ex accessione vel secessione à continentia ad incontinentiam, extimantur: ideoq; incontinentis mittit peccatum, quam intemperans, qui leui cupiditati herbam porrigit, incontinentis autem vix grauioribus cedit. At continens vicissim toleranti præstantior est, cum difficiliori opere perfungatur. Arduum enim magis est vincere, quod facit continentia, quam non vinci & tantum resistere, quod est tolerantia, & eandem ob rem incontinentia ciuius veniam inuenit, quam mollities.

26. Incontinentia duplex est temeraria, quæ sine habito consilio actionem precipitat, eo quod velocitas cupiditatis rationem præueniat: & infirma, quæ licet rationem ansuliet, præ sua tamen impotentia nequit imperata facere.

27. Diligenter autem distinguendum est inter continentem Cap. 8.

& temperantem & viriusq; extreum. Nam continens haber
luctantem appetitum rationi, incontinentis rationem sensui: in in-
temperante vero & temperante omnia amicè ad unam actionem
conspirant. Vnde & intemperans incontinentis longè deterior apparet
28. Nam incontinentis facile ad mediocritatem redigitur, cum
rationem recta presribentem integrum possideat: intemperans, quia
rationem adulteratam & sensibus subiugatam, quam facinoris non
paenitet, habet, rarer ter sanatur, & difficilius quidem, quam phry-
sis aut aqua intercessus.

29. Quin etiam incontinentis sine electione agit id, quod malum
cognoscit, at intemperans, cum sciat esse primum, quod agit, appet-
tit tamen & bonum, & proinde adhibita consultatione & electio-
ne exquirit media, quibus ad vitium tanquam finem perueniat.

30. Argumentum igitur supra in dubitationibus allatum nihil
obtinet, quod scilicet intemperans audiat rationem. Nam & ipsa
ratio ita à se immutata est in intemperante, ut principia, quibus
appetitum compescere debeat, ipsa neget, nendum ut appetiti recta
persuadeat, quod in incontinenti euenire potest, ubi ratio imperi-
um in appetitum nondum deperdidit.

Cap. 9.
31. Porro videndum est de illa opinione, que constantem in opini-
one eundem ponebat cum continente, quod supra negatum est.
Nam, qui sibi imperarit mentiri, si in illa prooresi perficit, conin-
tensis erit & simul malus, si propositum mutet, seq; mentiri veteret,
incontinentis erit & bonus.

32. Ad hanc, cum perinaces duplices sint, vel qui in sententia
sua manent, quia sibi solis sapiunt, vel quia rectius nihil intelli-
gunt, neuter cedit à sua thesi, persuasus à ratione sed deiectus à cu-
piditate, ille quidem, quia iussit se agere omnia ex propria sententia:
hic quia, quod rectius proponitur, nequit assequi, vel etiam per in-
sipientiam repellit.

33. Quapropter, ut questionem soluamus, absoluè falsum est, con-
tinentem esse in quauis opinione constantem: verum autem de opini-
one

nione recta, quæq; per se bona est simpliciter. Nam continentis est constanter tenere opinionem, imperatorem esse colendum, sed Cæsarem esse colendum per accidens tenet continens, quia imperator de Cæsare prædicatur per accidens.

34. Ultima opinio restat examinanda, an incontinentis sit præ Cap. 10.
dens, quod simpliciter negandum est, tum quod prudenter habeat
vix producendi omnes virtutes, tum quod faciat hominem habi-
lem ad agendum secundum quamq; virtutem, qua omnia ab incon-
tinentia absunt.

35. Radix autem erroris antiquorum hic consistit, quod de-
siderio seu facilitatem ingenij naturalem ac proinde ad vitiis & vir-
tutes ex se indifferentem, à prudentia non distinxerint. Hanc
enim incontinentis habere, prudentiam minimè potest. Vnde pro-
pter rezentam rationis scintillam, non omnino vitiosus est incon-
tentis sed semipraeius, similis ciuitati, qua bonas leges sepultas ha-
bet, nunquam exequitur.

36. Citius tamen continentiam sustinet, qua temeraria voca-
tur incontinentia, cum huic nihil defiat, nisi, quod rationem ob præci-
pitantiam anteueriat: infirma autem iam suo exemplo edocuerit,
quod licet rationem audiat, ad eius tamen præscriptum se compo-
nere non valeat.

37. Hactenus de continentia: Subiicit iam Aristoteles tracta- Cap. 11.
rum de voluptate, cuius scientia Ethico necessaria est, quia in o-
mni virtute & vito dolorem vel. voluptatem contineri: multa-
rum actionum, imprimis finium bonitatem & malitiam ex yisdem
estimari supra diximus: non pauci etiam voluptatem pro felici-
tate ipsa arripuerunt: Quapropter, semel, quid sit voluptas potissi-
mum declarandum est.

38. Et quidem antiqui inter se non consentiunt, dum alij nullas
voluptates bonas censem: alij quasdam bonas, quasdam malas: alij li-
cer omnes bonas agnoscant, nullam tamen ad summū bonum eleuant.

39. Priores his fundamentis niti videntur, quod nulla genera-

tio eandem cum fine bonitatem obtineat, voluptas autem sit generatio: quod temperantia & prudentia abhorreant voluptates: quod voluptates sint impedimento prudentiae, & scientiis: quod nulla ars, qua tamen occupata est circa bonum, versetur circa voluptates: deniq; quod pueri & ferae, verum bonum non intelligentes, nihilominus voluptates insequantur.

40. Secunda opinio probatur, quia nonnullae voluptates manifestè sunt infames, nonnullae nocent valetudini. Tertia demum opinio, in illo fundatur, quod voluptas sit generatio: generatio autem tendat ad finem, itaq; non sit ipsa finis.

Cap. 12.

41. Verum ha instantie facile diluuntur, si duo aduerterimus 1. Ut bonum absolute interdum & natūrā exoxī dicitur, interdum cum respectu: ita voluptates nunc per se bonas esse, nunc relatas ad aliud. 2. Voluptatem duplicem esse in generatione, quae imperfecta est, semper cum dolore mixta, quia contrarium ex integro nondum repulsum est: & ex habitu vel natura iam constituta profluentem, qua, quia ex puro & simplici principio enascitur nec cum dolore iuncta, nec generatio est, quia in se ipsa cuanescit, nihilq; generat.

42. Hinc videtur argumentum tertia opinionis & primum primæ manifestò labi, quia voluptas, qua pura & vera est, nequaquam generatio est, sed operatio insequens habitum, qua non definienda est, generatio sensibilis ad naturam, sed operatio habitus secundum naturam sine impedimento. Ideoq; nec post se finem habet, sed in suo genere bona est, quia ultima est.

43. Secunda opinio licet in thesi non hallucinetur, improbabiliter tamen procedit in probando. Non enim sequitur, quod quo cung; modo noceat, malum est, siquidem & contemplari noceat sanitati, & diu literis incumbere exedat rem familiarem: Neutrū tamen malum est.

44. Reliqua prima opinionis argumenta nullo negocio eluduntur. Secundum enim, tertium, & sextum soluuntur ex data distincti-

stinctione, quod aliae voluptates per se bona sunt, quas appetit temperans & prudens, aliae appareant tantum bona, quas expetunt iumenta & pueri.

45. Quartū argumentum sumit voluptatem beluinam quae pura non est, cum debeat voluptatem habitus inseguientem sumere, quae vi prudeniam impedit, tantum abest, ut etiam magis excite. Deinde, quintum vel minorem in secundā affirmat, vel si conuertatur, maiorem particularem habet in prima: & præterea minorem falsam, quia inueniuntur artes, quae voluptates respiciunt.

46. In his igitur opinionibus sic sentiendum est, voluptatem in Cap. n. suo genere puram, bonam esse, quia dolor voluptati contrarius est, & fugendus. Non enim dolor & voluptas inter se opponuntur, ut extrema, qua simul esse mala possunt, sed ut medium & extre-
num. Alias enim omnis voluptas in ictu sua laetitudine, sicut ex-
tremorum unumquodque mala esset, quod nemo affirmabit.

47. Nihil etiam obstat, si voluptatem sumamus, ut operatio-
nem, sicut pulcritudinem nonnunquam dicimus esse concinnam
membrorum connexionem, quin sit summum bonum, quia summum
bonum est operatio insequens habitum virtutis: Deinde unusquisque
in felicitate iucunditatem querit, qua acquisita nihil ulterius ex-
optat, non quia voluptatem habet, sed quia rem, in qua voluptas
fundatur, & per quam obtingit.

48. Demum inter voluptates, ut nonnullae bona sunt, quia alias ne quidem vir bonus cum voluptate viventer: ita & mala sunt, im-
primis, que corpori inherent, non quidem, quatenus tales, sed qua-
tenus excedunt & naturam onerant & destruunt. Sic enim acce-
pta malo præcisè non opponuntur, qua ratione ex natura contrari-
orum deberent esse bona, sicut & reuera sunt in suo genere conside-
ratae, sed mediocritati, naturæ debita, quam excedunt.

49. Ad has voluptates configimus, potissimum, quia, dum dolibus urgemur, ipsis mederi cogitamus voluptatibus, quarum que a-
nimi sunt, remotores sunt & difficilius obtinentur; Ideo ad eas,

qua

qua in promptu haberi possunt & sine dispendio obtineri, corporeas
dico, nos conuertimus, illas q; assequi nescimus.

so. Animi autem voluptates in uniuersum nobiliores sunt,
quam corporis; tum, quod in iota sua latitudine bona, excessum non
admittant, quodq; dolorem interfusum non habeant: tum quod per
se pro sint, non per accidens, ut voluptates corporis, quae, ut medicamen-
ta bona sunt, tantisper, donec morbus viget, ita tum demum
bonae iudicantur, quando instar medicamentorum corporis dolores
deliniunt & demulcent.



IOANNI PVLMANNO VERDEN- SI, POPVLARI CAR.^{mo}.

Eῦ οὐ ἔχει πολεμανάδη, ὅπ σῶφρον δυνᾶ
Ηρωϊκῆς δέστης, σὺν ἐπίγονοις, δόγματ' ἔρδυναι.
Εἰ γὰρ ἀρέπει τὸ φρόνο λόγος κατ' ἐφετυῖ
Παι βιότα σάδιον διελεύσεται, ὡς μὴ τέσεται.
Αἰδοῖος σέτε πατέριον ὄμοιον ἔλαποι ἔσοδαι.
Χαμέτερα πολιέθεω, ἐπ' Ἀλλαστ, καλὸν ἔνεται.

Ioannes Potinius.

F I N I S.

